



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani è Societate Iesv Philosophvs Christianvs

Scribanius, Carolus

Neobvrgi. Ad Danubium, 1618

Cap. IX. Mensae, Volvptas. Naturæ has pertenues, cupiditati immensas
esse, inferni præambula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46524](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46524)

tunc etiam pericula quibus olim
obnoxius propius cognoscens, ho-
stiumque suorum numerum, ro-
bora, improbitatem, nullo suo
pacanda odia, nullisque ignibus
tormentisque saturandam sangui-
num animarumque in interitum
sitim, prorumpet in Dei laudes co-
maiores, quo vnus illius dextera
maioribus se ereptum videbit, se-
curus iam de victoria, deque indub-
itata bonorum omnium felici pos-
sessione nullo suo finienda, nullo
minuenda.

CAPVT IX.

MENSÆ, VOLVPTAS. *Ve-
recundiam hic indues, cum videris
te vinci à bestiis, quæ famem sitim
que restinxisse contentæ cibum ne-
cessitate, non cupiditate meriun-
tur. nos maria & terrarum vlti-
ma palmari stomacho scrutamur.
& iam orbis luxui fastidioque mi-
nor est. voluptatem deinde a ter-*

nis commensurare disces tormen-
tis, ignibus, exilio aeterno: aliorum
exemplo prudentior, qui oblecta-
tionibus momentaneis, nullo ince-
rituras auro flammis accessiuere.
at tu memento caelo recondidisse
gaudia Deum aeterna. tantum fu-
gitiva haec contemne, maioribus
natus. prudens negotiatio est, pro
periturorum neglectu aeterna mer-
cari. Sed et plus in hac etiam vi-
ta voluptatum haurit animo, qui
caelestibus his meditationibus ani-
mum pascit, quam sperare sponde-
reque caro omnis audeat.

DECURRAMVS saeculi hu-
ius reliqua. vina per aetates
& gentes numerata, pisces à supe-
ro inferoque mari, à fluminibus,
torrentibus, lacubus leuocatos; fe-
ras defatigatis siluis & montibus,
feruorum dominorumque non ra-
rò sanguine purpuratas; aues post
mutuas lacerationes caelo detra-
ctas, aut aucupis decipulari fistula
circum-

circumstantas. iam electibilia ciborum reliqua, condimenta que nauseanti domino somniata, quid dabunt ad beatam vitam? imò quid ad vitam? addo. quid ad oblectamentum palati? panis & caseus, & recenti mella alueario rustica decorata manu, nouoque mulctrali lacte sudantia, minoréne sensu aratra veniunt, quam perdices & pavi, & quæ qua venerant via redire iubentur, ne desit quod ingeratur stomacho?

O ubi mens nostra? vix palmarum stomacho ingentia fumant fumibula, feruent tripedales aheni, Babylonique calent fornaces, immanes æstuant ignes, superstans fercula ferculis lassatis mensis. seruorum ancillarum, coquorum sudat exercitus: natant penuria vino, fatiscunt horrea frumento. Et ego credam vnum ventrem cui plurimarum non raro gentium conduntur vina? cui in Hispania, Italia, Germania, Gallia, & qua se latissime

Occi

Occidens Oriensque iactat, sonant
calculi, scinduntur maria, feritur
terra.

Ac ne quid desit luxui, tot pi-
scium monstra, tot avium ferarum-
que genera, tot condimentorum
proripamenta non explent oculos,
nisi æmuli nature, quidquid flumi-
na, maria, aër, terrarumque omnia
fami saturandę benigna dederunt
manu, iadat in saccaro imò nisi
non iam pisces, aues, fera, sed sac-
carum sint, mentita genus suum,
nihil egeris. natant proinde tan-
quam in saccareo Oceano pisces,
procumbunt tanquam inter sacca-
rea pascua & nemora saccareæ fe-
ra, minantur volatum saccareæ a-
ues. quid quòd castra & propug-
nacula solido fabricata saccaro in-
ferantur mensis, cum propugnan-
tium, oppugnantiumque manu?
vtrinque saccareæ minę, tormenta
saccarum vomentia, hastę & plu-
tei, enses & saccarea iacula, & fer-
rum nusquam, & sanguis nullus.

Vena-

Venationes deinde regię vni
 cumbunt mensę. saccareos leones,
 apros, ceruos, lepores, saccarei in-
 sectantur canes, saccarea cingunt
 retia, tegunt saccareę siluę, potant
 saccarea flumina. iam quę veteri-
 bus marmoreę statua, saccareę no-
 bis sunt. amantium iras & blandi-
 tias, indignantium fremitus & mi-
 nas saccarum mentitur. nimirum
 vt comedant oculi, intueantur ora
 quod hęc tam fatua æmulatio? sed &
 ne quid desit naribus, perflantur
 mensę odoribus ex vltima Arabia
 deportatis, vt in his ad plenum lu-
 xuriz parentetur.

Nec satis fuit ad luxuriz palatum,
 odoribus saccaroque cœnacula ve-
 stire, nisi nouo cōmento (ita sent-
 per ingeniosa cupiditas est) saccar-
 eis caueis & retibus viuz include-
 rentur aues, quę cantu suo conui-
 uantium mulcerent aures: nisi sac-
 careis plagis irretiti lepores, aureis
 vincii armillis, dum fugam trepidi
 meditantur, nodo conuiuas spe-

Acule

baculo exhilararent. atq; hinc etiã
retibus saccareisq; dissectis plagis,
& cœnacula volatu, & leporina fu-
ga, grata mensæ trepidatione per-
strepunt. quid exspectamus reli-
quum? nisi vt mensæ stent saccareæ,
saccarea cœnacula, sedes saccareæ,
scutellæ, orbis, mappæ saccareæ,
parietes, deniq; laquearia, domus-
que totta saccarea, & saccarum
omnia.

Adde his tibias, choros, psaltrias,
turbana musicam, concentum va-
rium, qui & Hispanam maiestatem,
Italiam prudentiam, agilitatē Gal-
lam, Germanam gravitatem, An-
glam solertiam, maturitatem Bel-
gicam, omnisciam & omnicanoro-
ram modulationem exprimat. ad
quam non iam Arcades, Satyri, aut
saliant nymphæ, aut furentis orgia
Bacchi; sed qui Philosophum pal-
lio, Senatorem toga, matronam
modestia, virginem referant vere-
cundia. Fuit cum nemo sobrius sal-
taret, cum solus

T Bassa-

Bassaridas, Satyros, Panas, Faunus
 nosque docebat

Ludere Silenus iam numine plenus
 alumno.

nunc ignara viri & vini virgo, inter
 ruboris sui ornamenta prima, saltus
 & choreas statuit in medio vitulantis
 iuuentutis, inter petulcos oculos,
 & sola libidine fortes. non satis
 erat vultu, nisi & manibus & pedibus
 iacularemur cælo scandala. nam
 quid hæc sunt nisi incerta libidinum,
 & quæ publicare prudentissimus ac
 continentissimus quisque vereatur?
 nam quod modestior aliquis, quo
 verecundior, eo in his magis publicum
 vitium oculis

*Iuvat et vago rotatu
 Dare fracta membra ludo,
 Simulare vel trementes
 Pede, veste, voce Bacchas.*

Verum exercitatio hæc valetudini
 oportuna. quasi deesset verecundior
 ludus, & qui minus publicum vitium

caret ruborem, & accenderet pœ-
nitendas flammās. & deerat olim
valetudini aut tuendæ, aut repa-
randæ ratio, quia nusquam chori
nisi in scena aut lupanari? & quos
nullus duceret, nisi aut sine fronte
comædus, aut impudens leno? aut
virgines ætas nostra potentiores
dedit, quia valentiores p̄ saltrias? an
& olim fractior Romanus miles, ro-
bustior Sybariticus; quòd illi sine
saltu, hi cum tripudio hostem feri-
rent?

Quamdiu hæc vana? cibum &
potum excipiunt tripudia & Cory-
bantum cymbala, & rursus pocula,
& redeunt mensæ. ita itur in or-
bem,

*Festasque iunat reponere mensas,
Donec ab Elysiis prospexit sedi-
bus alter*

*Castor, & hesternas risit Titonia
mensas*

vt taceam verba quæ non ætatem
modò primam, sed & totum dede-
corant hominem. atq; hinc iam illa
T 2 monita

monita tanquã ab oraculo prolata,

*Frangere toros, pete vina, rosas ca-
pe, tingere nardo,*

Breuis hic est fructus homullis

*Iam fuerit, neque post vniquam
reuocare licebit.*

nam quid à beata hac vita relique-
um, nisi vt,

Peragat diem cadentem

Dape, poculis, choreis,

Genialis apparatus?

vox deinde fractior, incessus mol-
lior, liberiores oculi, & nusquam
pudor; qui exulare hinc iussus, que-
si in publico nemo peccet, nemo
erubescenda palàm comittat que-
cunque licentia: vt solus iam pu-
dor seruetur parietibus & in oculis
to tecto.

Penetremus adyta, cubilia &
molles toros. arbitraris sub auro
purpura suauiore somnum edoce-
miri? at quanto dormitalcitus, que-
to certius qui à ligonibus & in oculis
venit, qui membra dedit straminis
leui ille culcita & strato, aut nod-

contentus tabula, nulla arte quasi-
tit somnum, arripuit venientem,
& naturæ debitum persoluit, nec
ultra. hic ille castum immisit toro
corpus, castum recepit; at ille sub
auro & purpura quoties fugienti
vota dedit somno? quoties à plu-
meo mollique strato tanquam me-
disestuavit fornacibus? quoties nõ
casta pedit membra purpuræ? quo-
ties non casta recepit? ignibus qui
oleum iniecit, an ille tibi glaciem
aut retulisse videtur flammâs?

De voluptatibus nihil dico. cer-
tum mihi minùs pœnitendas nasci
in tenui casa, sub arūdine & palea,
post cibum & potum qui naturam
expleat paucis dimittendam, non
ceteret ingenti mole & adipe; quã
sub auro & gemma, post odora vi-
na, post ingestos cibos condimen-
torum partu naturæ suæ degeneres
& in aliam iustos migrare, non tam
esurienti, quàm esuriam sitienti do-
mino. atque hinc morborum tot
propè quot condimentorum ge-

nere, securibus, ligonibus, & legu-
minibus ignorata: dum non con-
tenti obuiis, leuique parabilibus
infima scrutamur maria. cum viua-
ria ad hoc claudimus, vt tempesta-
tum pericula non adeat gula, vt
quamnis pelago saeuente, habeat
tamen luxuria portus suos in qui-
bus piscium greges saginentur. &
cum ad manum sit quod satis est,
ad supernacua sudamus insatiabili
gula: vt nulla iam animalibus nisi
ex fastidio pax sit. Et quantum, ro-
go, quisque per tot non raro ma-
nus comparata fesso voluptatibus
ore libamus? quantum ex fera
canibus seruisque pasta, crudi nau-
seantesque gustamus? quantum ex
conchyliis per tot maria aduectis
per palmarem stomachum labitur?
quantum ex inertissima ostrearum
carne, coeno saginata? nec satis est
sauisse in cocta, nimis hoc plebeiu-
imus ad cruda: non & viua? de-
currimus deinde ad voluptuarium
venenum, irritamentum Veneris
languentis, fungos, noae, aut vna

luna
fun-
riur
quid
non
men
adhu
migr
miru
liquu
& co
pisciu
dia v
ta, &
infer
dein
gesta
audin
mitu
glacie
antis?
tudin
ad iri
mem
broru
crucia

luna natos, tot iam olim Principum
funeribus nobilitatos, quasi inglo-
rium sit comedere sine periculo.
quid, quòd limaces factæ delitiæ, &
non vna in gente rarior sine illis
mensa? cocti nimis vulgares, tota
adhuc anima domo sua decerpta
migrant in stomachū, meliore ni-
mirum hospitio donandi. quid re-
liquum, nisi vt eamus ad colubros
& coruos? iam excrementa auium,
piscium saniem salsa tabe præcor-
dia vrentem, milleq; alia purulen-
ta, & solis sordibus nota quoties
inferri mensis videmus? quoties
dein hæc similiaque quæ inuitis in-
gesta visceribus sunt, per os reddi
audimus? quoties vinum omne vo-
mitu remetiri? quoties niuem rodī
glaciemq; in solatiū stomachi astu-
antis? & innumeras miramur ægri-
tudinū formas? condituras intueri
ad irritandam, non ad explendā fa-
mem repertas. hinc pallor & mem-
brorum tremor, & miserabilior ex
cruciatibus quàm ex famæ macies.

inde etiam incerti labantium pedes, & suffusio luridę bilis, & decolor vultus, & nervorum sine sensu iacentium torpor, capitis vertiginēs, oculorum tormenta, æstuationis cerebri verminationes, luxuriosa fera supplicia terrarum marisque vastatricis.

Infelices planè in tanta ciborum varietate, quòd non intelligamus tam magnę fœda hæc palati oblectamenta stare. Et hæc interim sunt illa magna, magnorum nauseantis stomacho comparata. & cogitantur indies nona. nimis enim vile vulgare pasci. mirum, si non indignum corpus tegi, quia vulgò id receptum. hinc etiam dies noctesque mutuo vertimus, nimis vile videbatur plebeiis vti diebus ac noctibus: secedendū fuit ab hac regula. errarunt Sol & sidera. non & siderum conditor Deus? Et hæc est illa seculi prudentia. O quando saniora! imò quousq, tam fatuis circumuenimur? quamdiu ludimus
inset

inter hæc non dicam ludicra & infantie primæ crepitacula, sed delirata & fatua? nam si vspiam helleboro, non hic opus? aut si hic non opus, vbi erit? in spice phrenesi aut mania tactos, & vide an tam longè aberrant ab homine suo, aut magis extra lineam procurrant omnis veri.

Quid circumfers oculos ad Doctorem, ad Medicum, ad amicos, ad assentatores, ad mensæ non animi tui socios, vt te doceant, quid quantumne capias? naturam consule; illa te docebit. nihil opus alieno calamo aut digito, nihil monitore Philosopho. nam quid quæris in cibo & potu, nisi valetudinem bonam, firma latera, sanguinem probum qui nec copia nec vitio grauet, spiritus puros & à fæce sua secretos? alia si cogitas, aberrasti. at paruo valetudo stat bona. & probatissim^o sanguis modico nascitur. nam illa quæ mole sua, & varietate iniiciuntur, eneruant verius & opprimunt

primunt quàm iuuent. iam quid
facilius quàm pascere ventrem be-
ne institutum, & nihil aliud desi-
derantem quàm impleri? cogita

*Quæ prima iratum ventrem ple-
cauerit esca.*

Nec opus erit magno molimine
neque necesse erit scrutari profun-
dum, nō ultra Phasim capere quod
ambitosam popinam instruat, aut
à Parthis aut vltimo Oceano auer-
accipere. infelicis hæc luxuriæ com-
menta sunt, fastidienti, gulaque ac
deliciis dissoluto stomacho parata.
paucis etenim vilibusq; natura ex-
pletur: neque enim ambitiosa fa-
mes est. contenta namque desine-
re est: vt ad hanc sedandum nil ne-
cesse sit miliarios a pros querere, aut
phœnicopterorum linguas, aut re-
liqua luxuriæ portenta certa men-
bra ex singulis eligentis.

Vis scire quàm paruo fames ex-
tinguatur? stomachum consule.
scies quàm paruo dimitatur: quàm
post pauca, post vilia, in clamet, Sa-
tis est.

tis est. Vis illum continere quod
credidisti? metire ambitum, plura
ne crede. sin pergis ingerere, co-
get redire qua venerant, aut demit-
tet in cocta. atque hinc tot morbi,
& noua indies nomina. Et quid
refert quid accipiat stomachus,
perditurus quidquid acceperit? de-
lectant te variè condita? cum subie-
rint ventrem, vna atque eadem fœ-
ditas occupabit. vis cum Philoso-
pho ciborum apparatus contem-
nere? exitum specta.

Iam quid fœdus vino supra vi-
res & sitim hausto? aut quæ gloria
cum multos viceris, vinci à dolio?
quid tremulæ manus, cadentes ge-
næ, lippientes oculi, purulente
gingiua, vacillantes dentes? non
plurimum pocula signant, vt he-
dera vinum? quid, cum cretati pe-
des & manus vinum suum lo-
quuntur, non diuite amatorem
suum pignore opulentat vinū? iam
vbi crebrū ma didatum huius rore
T 6 tanquam

Tanquam imbre, oculis, ore, nari-
bus Bacchum suum reddidit? quid
vbi præpedita fuerint

*Crura Vacillanti, tardescit lin-
gua, madet mens,*

*Nant oculi, clamor, singultus, iur-
gia gliscunt?*

Quid, vbi pauimenta & torum, si-
numq; suorum & amicorum foene-
rario impluerit imbre, tanquam si
nouus terris Lyxus pater pampi-
neo grauidam autumno prolem
suam depluat, irroretque viciniam
totam, vt sitibunda vere nouo pa-
scua? vt inclamare iam possit,

*Vixi, & quem dederat cursum fore-
tuna peregi,*

*Et nunc magna mihi molliter ossa
cubant.*

Et cum non vno generis sui,

*Nos nisi damnosè bibimus, morie-
mur inulti.*

Inde iam inter seruulorum manus

*Vertigine rectum
Ambulat, & geminis exsurgit
men, a lucernis.*

Tunc

Philosophus Christianus. 445

Tunc saxa manu, tunc pocula pul-
crum

Spargere, & immeritò sociorum
sanguine fuso

Instaurare diem.

Nec bibisse & comedisse contenti,
querimus quemadmodum post sa-
turitatē sitiamus, esuriamus, quem-
admodum non impleamus, sed
farciamus ventrem, quemadmo-
dum sitim famemque prima potio-
ne ferculisque sedatam reuocemus.
hinc vomitus & balnea, vt in lo-
cum eius quod effluxit noua sudo-
ris materies ingeratur. & non di-
ctum bene, Bibere & sudare vita
cardiaci est?

Et hunc quisquam arbitretur ho-
minem, qui rationem hominemque
suum exiit voluntaria insania? cui-
que longum fuit hominem esse?
imò, cui non satis fuit bestiam esse?
infra enim hanc se posuit sponta-
neo conatu. O iam non vani, sed
bellæ, & si quid vilius illis! nam
que bestia non ponunt modum?
T 7 sitiant?

sitiunt? bibunt vt sitim expleant
 nec ultra sitim potus, esuriunt? co-
 medunt vt famem ledent: nec su-
 pra famem cibus. inter homines
 non raro quo minor fames sitisque
 est, eo plus ingeritur. neque enim
 aut fame aut siti prouocante, sed
 cibi potusque infana phrenesi itur
 ad cibum potumque. & cum vix
 binas stomachus amphoras capiat,
 sex pluresve non semel cogit ad-
 mittere. Dura imperia! credas in
 decempedalem casam Ottomanni-
 cum cogi exercitum.

Decurritur hinc ad conuitia, mi-
 nas, ferrum, ad lupanaria verba, ad
 alienum torum, ad blasphemias e-
 ructationes, amicorum carorum-
 que caedes, rerum publicarum reg-
 norumque euersiones. monstra
 narro, non homines. tunc impu-
 dicus morbum suum profiteretur &
 publicat: tunc petulans non ma-
 num, non linguam continet: cre-
 scit insolenti fastus, crudelitas se-
 uo, malignitas liuido: omne de-
 nique

inique quod latebat, quodque pudor continebat vitium detegitur. adde his ignorantiam sui, dubia verba, incertos oculos, gradum errantem, stomachi tormenta, testa mobilia. Et ferè crudelis ebrietas est. vino enim referta sanguinem plurimum sitit, efferat animos, exasperat mentem, obstantemque pravis conatibus verecundiam remouet. Exempla habes in summis viris proditæ reipublicæ, indefensæ patriæ, traditi exercitus aut deserti. Alexandrum & Antonium cogita. illum in amicissimo sibi Clyto, hunc in proscriptorum sanguine & nobilissimorum vrbe tota virorum. blanditur interim aliquando ebrietas. ne crededemulcētis leonis vestigia sunt. qui vt feritatem aliquādo submittit, nō exiit tamen. hinc cū minimè expectaueris, exacerbat toruitas mitigata. ita in ebrioblādīmēta ferè furori proxima sūt. nega imperata belluina imperia; qd expectes nisi conui-

conuitia & ferrum, etiam ab amicis
 manu, à tori socio? nulla enim hic
 reuerentia, nec filij in patrem, ob-
 seruatio nulla: nulla in illum pie-
 tas, nulla in sacra religio. exultat
 que virtus omnis; dominatur vi-
 tium nullo freno aut repagulis co-
 ãrcitum, non timore, non vere-
 cundia, non futurorum expecta-
 tione, presentium metu, præteri-
 torum memoria. arbitreris tigrides
 in prædam ruere, in ouile lupos, in
 armenta leones, in ceruos canes, in
 minora volatilia accipitres, in ca-
 dauera coruos.

Sed durum est, cibi que potusque
 voluptate spoliari, aqua que & hor-
 deacei panis frusto contentum vi-
 uere. Nescis miser in quo solida
 voluptas posita est. in cibo & po-
 tu non est. corporis illa sunt, &
 bestia ista sine fastidio capiunt. re-
 liqua in quibus voluptas sita, magis
 etiam illis propria: quibus & sine
 rubore & pœnitidine fruuntur.

Ad animi voluptatem homo e-
 uocari-

uocandus, quæ nunquam in virtuti-
tis possessione deerit. comitatur il-
lam, lateraque cingit vt perpetua-
tura, vt indiuidua comes, vt illius
toro nata, sinu fota, vberè lactata.
quòd si quis mœror intercurrerit,
nubium more infrà fertur, nec vn-
quam diem vincit. aliquid fòrs de
serenitate detraxit, vt fatuus ille
Rex, qui telorum iactu diem visus
adimere: at vt nullæ sagittæ in So-
lem cadunt; ita nulla interlaben-
tia animum tangunt, nec interrump-
unt illius voluptatem quamdiu
virtute lustratur & cingitur. tange-
rent, si à perituris voluptatem pe-
teret quod enim dedisset fortuna,
posset eripere. at virtus arbitrij il-
lius non est. dare vt hanc illa non
potest, ita nec eripere. & sola illa
est quæ implere mentem pectusque
potest; corporis voluptates non
possunt. frontem licet remittant,
& ora laxent, rarò tamen ad ima
descendant, cùm ferè in superficie
natent. interiora perscrutare. vi-
debis

debis pectus inuidia marcidum, co-
peditatibus anxium, fastu turgi-
dum, & alia omnia quam os oculi-
que promittunt cogitantem. blan-
diuntur ridentque genæ? ne crede-
ingentes sub hoc risu curarum la-
tent acerui. frons exporrecta aut
sine ruga aut seueriore vmbra mag-
na spondeat? ne fide. serenitas
hec ingentium sollicitudinū mon-
tes tegit, & dum in summo tibi vi-
dentur gaudiorum & voluptatum
esse, in altissimo curarum & metui
profundo sunt.

Vera ergo voluptas ab animo
nascitur. nam corpus hoc a ima
spoliatum quid nisi inertissima ter-
ra vilis portio est? eoque voluptas
omnis animi maior est, quo magis
ab imo, ac quasi vado prodit, non
vt corporis à superne natantibus.
Leuia enim hec sunt, & vitium na-
tatione sua produunt. probatissima
sunt quæ subsidunt ac ima petunt.
ita leuium metallorum fructus in
summo est; illa opulentissima sunt
quorum

quorum in alto latet vena, assidue
pleniùs responsura fodienti. Hęc
verò quibus vulgò delectamur, te-
nuem habent ac perfusoriam vo-
luptatem, qualis omnis corporis
est, aduentitia, fundamento ca-
rens, volatica, & cuius non corpus,
non pedem, sed plumam tenemus;
quam vbi remiserit, fugit. at ani-
mę voluptas omnis ę virtute nata,
solida est, & plus patet introrsum.
contemne proinde, si qua te tangit
virtus, quę extrinsecus splendent:
opulentissima quęque secretum a-
mant, nec quisquam thesauros suos
publicavit. latent, solemq; ipsum
verentur.

Ad animi ergo voluptates te
conuerte, vt de tuo te ipsum oble-
ctes, de que te ipso, optima que par-
te tui: animo dico bene compo-
sisto, virtutibus instructo. Semita
enim

*Tranquilla per virtutum pater
vnica vita.*

Hic

Hic ille animus est, ad minas ac tormenta impavidus: quem nulla spes, nulli metus à recto bonoque deducant, quem non minæ, non præmia flectant, quem nulla tiara aut diademata frangant, non exilia, paupertas, enses. interritus contra illa ibit, & inter illa. hic ille est qui in magno gaudio est, bene sibi conscius, criminis nullius reus, nullius facti pœnitentia trepidus, nullius dicti pœnitentia ductus. atque hinc illæ natæ voluptates, quas nulla erubescencia, nullus comitatus timor, nullus sequitur mœror: quæque non antè possessorem summi desistunt, quàm ab illo desistunt.

At corporis voluptates breves: pœnitendæ, secretum petunt, publicari timent, ac nisi magna moderatione temperentur, ac sub potenti freno contineantur, in domini interitum sunt abituræ. præcipitio enim omnis hæc voluptas proxima est, nisi manum iniicias, modumque teneas

teneas
quo
& fe
derij
tibus
tur q
in pr
circu
na do
surge
cipio
finitu
V
omn
fati
ra e
deris
eo an
lior f
volup
antè
mag
enim
terita
lera l
fieren

teneas. modum autem tenere in eo quod bonum credideris, difficile. & ferè antè vitæ quàm pravi desiderij finem spectamus. ita voluptatibus his capti priùs damna patiuntur quàm pericula senserint, priùs in præcipitium acti quàm verticem circumspexerint: plurimumq; ruina domini, dedecoratione generis surgentis, in ipsoq; ortus sui principio familiæ occasu voluptas hæc finitur.

Voluptatis verò animi aniditas omnis tuta est: veri enim boni ut fatietas nulla, ita prosequutio secura est: quoque profundius ingrederis interminum hunc campum, eo amœnior prospectus, delectabilior fruitio, certior possessio est. hac voluptate si frui desideras, dimitte antè corporis voluptates turbidas magno aliquando luendas. neque enim venturæ tantum, sed & præterita nocent, quemadmodum icellera licet non sint deprehensa cum fierent, sollicitudine tamen premuntur,

muntur, ita & improbarum voluptatum etiam post ipsas poenitentia est. illam nulla poenitentia comitatur quam animus ex se sibi ex virtute, ex Deo inuenit. at hanc intelligunt pauci, fruuntur pauciores, quarant licet multi, sed cum non quarant vbi peti & sperari debet, fit vt non consequantur. ille enim ex conuiujs & luxu, hic ex ambitione & clientum turba, ille ex amica, alius ex vana litterarum ostentatione & nil sonantibus literis quaerit. at omnes illos in vera voluptatis persequutione, fallacia & breuia oblectamenta decipiunt. sicut ebrietas quae vnus horum hilarem insaniam longi temporis tradio pensat. at vera omnis voluptas aequabilis & aeterna est, animusque illam possidens, qualis mundi status supra Lunam. semper illic serenum est; ita nunquam ille noster sine gaudio & voluptate est. gaudium vero hoc non nascitur nisi ex virtutum conscientia.

Quid!

Quid? priores illi non gaudent,
non implentur voluptatibus? non
magis quam prædam nacti leones.
cum fatigauerint se vino & libidi-
nibus, cum illos nox inter vina &
voluptates defecit, exclamant mi-
seri Virgilianum illud,

*Namque ut supremum falsa inter
gaudia noctem*

Egerimus, nosti.

omnem illi noctem inter falsa gau-
dia, & quidem ut supremam agunt,
nomen enim tantum voluptatis
habent, cætera exanguia sunt. sed
gaudium illud quod animum vir-
tutibus excultum sequitur, non
interrumpitur. fieret, si arreptum
esset aliunde, si ab externo aut
aduentitio accederet. nunc cum
ex animo natum, in ipso educa-
tum, sedem ibi fixerit, solus illud
turbare aut interrumpere potest,
cui in animum imperium est Deus.
fortunæ nullus hic locus. quam e-
tiã vltro audet prouocare. congre-
dere, paratum inuenies. quamdiu
inter

inter ignatas minas heres? quæ
enim vbi virtutem suam ostendat

*Spumantemque dari pecora in
inertia votis*

*Opreat aprum, aut fuluum descen-
dere monte leonem:*

*Sic grauis Alcides post horrida in-
sa reuersus,*

*Gaudebat strato latus acclinat
leoni.*

Delectatur arduis & ingentibus ac-
tis perdura & aspera, & per vulnera
& sanguinem voluptatem quærit
adeoque in ipso vulnere & sangui-
ne. atque hæc æterna est tanquam
è chalybe & rupibus improbo co-
nata extorta, vi & sudoribus parta
contra quæ è mollibus, vt è culcitra
& pluma enata, in superficie nata
ora risu soluens, ac supremam co-
tem titillatione quadam percuriens
animum in mœrore destituit. hinc
si quæ tempestas aut fortunæ malig-
nitas insurrexerit, in vagum ab-
puluerem, in cineres & leuissimu-
m. quin adeo audeo dicere
nullam

nullam maiorem voluptatem esse voluptatis contemptu: ille namque in altissima voluptate est, qui voluptatem omnem protriuit pedibus, risitq; ut indignam viro. nam quamdiu voluptas quaeritur, nec habetur, anxia mens agitur, & dum desideratis caret in voluptate non est si consequuta fuerit, amittendi illam metus territat. scit enim externam voluptatem omnem fugitivam esse, possessoremque suam plurimum sola latioris hilaritudo in ostentatione, aut sane in gaudiorum initiis, primisque delibationibus destituere. at ille qui nullam talem sollicitus indagat, qui utro etiam occurrentem repellit, rogamque etiam si apprehenderit dimittit ac excutit, nec amissionis metu, nec expectationis sollicitudine percellitur, semper in eodem statu manens. veniat, blandiatur, recedat, minetur, nihil ad se pertinere arbitratur. & ut fugitivum mancipium, ut venenariam auram,

V ut mul-

vt multa mentientem, nec ultra
sponſiones proſilientem, ridet; in-
gentemque voluptatem à volupta-
tis exilio capit: tantoque maiorem
quanto illa longius exulat. ſed &
ſi acceſſerit importuna illeſtrix, vt
abortiuas ſordes execratur.

Hanc vnā ē contemptu natam
nemo eripiet. certabitque adeo
quicumque hic eſt de quadam felici-
tate cum cælitibus, maior Regi-
bus, Imperatoribus, orbe toto ma-
ior: vt qui in altiſſima domeſtica
pace vitam degat. Luſit ad hunc
Poëta:

*Non frontem verteſe mina: ſeſe
candida ſemper
Gaudia, & in vultu curarum igna-
ra voluptas.*

Et non ſumma voluptas eſt ad id ſe
reduxiſſe quod eripere nulla fortu-
næ iniquitas poſſit? & ad id ſua ſpō-
te deſcendiſſe quod nec ad extre-
ma quidem redactis timendum eſt?
Hoc eſt præoccupare fortunæ tela,
eſt ridere, eſt ſe illa maiorē facere
Indu-

Indurandum proinde etiam corpus est ut animi exemplo vera & quam nulla eripere fortuna possit voluptate fruatur. cibus proinde famem sedet, potus sitim extinguat, vestis arceat frigus; domus imbribus, ardoribus, frigoribus, tempestatibus munimentum sit. hanc utrum cespes texerit, an varius lapis gentis alienæ quid interest? cogita hominem tam bene cultum quam auro regi, cogita melius leguminibus quam panis pasci, cogita securius olere quam ostreis & fungis saturari; denique valentiora esse corpora à pane & caseo quam à mille condituris: eam etiam corpori summam esse voluptatem quæ ad naturam maximè composita est. hæc minimè contenta est, superuacuis fatigatur. unusquisque deinde seipsum intueatur, metiatur corpus, sciet nec multum, nec diu capere, nec pluribus simul voluptatibus vacare posse.

Nihil tamen æque profuerit, ac
 horum omnium contemptum quam
 frequens cogitatio brevis cuius
 huius incerti, alterius æterni & cert
 ti. & vide quæ te ad hæc ducant
 corporis voluptates non ducant
 quin imò propter has trahimur mi
 feri ad funesta tribunalia: rapimus
 nudi sistendi iudici tot scelerum
 his rei, demonibus accusantibus
 cælo testante, conscientia mordente,
 Deo iudicante. quis crudelior
 hostis dæmone? quis certior testis
 cælo? quis grauior morsus conscie
 entia? quis æquior iudex Deo? aut
 quis effugiet dæmonum solertiam
 cæli prudentiam, conscientiarum
 borem, Dei scientiam? etiam cog
 gitata, & mentibus solis creditur
 cum ducantur ad iudicium prop
 latore Deo, quid speramus? Erit
 tam seria re, tam seueris rigidis
 dictorum factorumque subductione
 nibus audemus infiltrare tam iudic
 cris, tam breui perituris? amplecti
 tam dirè vindicanda? sequi igni
 bus p
 bilit
 turas
 sagitt
 nu, c
 secat
 sessor
 omn
 & qu
 na? ia
 rere r
 lidum
 gita i
 ta der
 diem
 cohib
 posse
 anno
 ginta
 iuder
 carite
 quagi
 volup
 verbe
 quis t
 anno

bus punienda æternis? pro tam labilibus, tam momentaneis æternaturas accersere flammæ? nam quæ sagitta Parthica citatiùs fugit manu, quis perflat Eurus ocyor, quæ secata æra avis velociùs, quàm possessorem suum destituat voluptas omnis, mensæ, ioci, risus, deliciæ, & quæcunque terris saauia & magna? iam quis nollet diem vnum carere mensis ac voluptatibus, vt solidum iisdem fruatur annum? cogita imperio magni Cæsaris lege lata denuntiari singulis, Quicumque diem vnum ab illarum se fruitione cohibuerit, annum totum in earum possessione futurum; qui annum, annos quinquaginta; qui quinquaginta, mille: contrà qui diem vnum iisdem se dederit, annum integrum cariturum illis; qui annum, quinquaginta; qui hocce, mille; ac pro voluptatibus, pœdore ac vinculis, verberibus ac inedia coërcendum. quis tam fatuus, vt diem præligat anno, annum quinquaginta, hocce mille?

mille? Et tamen quid sunt hæc, æterna consideres? quid annus, quid quinquaginta, quid mille cum æternitate comparati? miseranda æternitas tam leui parta? insana fatuitas quæ tam paruo, tam fugituo, tam nulla re æternam meretur infelicitatem, cum pro momentanea fuga æternam mereri posset beatitatem.

Quid quæris anime voluptates? cælo reposuit Deus æternas, quid gaudia & commoda? cælo reclusit Deus æterna. vis sæculi huius voluticas, & priuati æternis? ô vbi cerebrum & pectus hominis! vis has inanes, fallaces, dubias, & excludit æternis? ô vbi mens & cor prudentis! & stare hæc duo simul non possunt, alterum deligas, alterum negligas, alterum sequaris, altero careas necessum est. delige, æternitas & momentum in medio sunt. Lazarus te docebit & infelix Epulo. ille è duris & asperis & voluptatum relegatione in Abrahæ
 sinu;

finu; hic è delitiis, è mensis & pur-
pura & voluptatum possessione
inter flammis constitutus, dum al-
ternas gaudiorum & mœrorum
vices amula retributione compen-
sant. Dura compensatio. pro tam
modicis, tam citò ac insperatò do-
minum destituentibus æternis ad-
iudicari flammis: *Memento, quia*
accepisti bona in vita tua. causam
habet poenarum & ignis, & ignis
æterni. *Lazarus autem mala:* causam
habet beatæ æternitatis. nesci-
uit nimirum hic delicias, ignora-
uit in totum voluptates, æterni
mœroris & doloris socias, gaudio-
rumque cælestium iuratos hostes.
ille animæ suæ benè precatus inter
epulas & ventris bona rapitur ad
poenas voluptatum asseclas, nullo
quo saturandas. acerba heu ni-
mùm commutatio, acerbior, cùm
inter flammis supplici aqua nega-
tur, & aquæ gutta. dura vicissitudo.
pro momentaneis voluptatibus
æternùm cruciari, vri æternùm:

& in æternum vrentibus ignibus
 aquę negari guttam. quid hic præ-
 mum, quid postremum dicam? qui
 epulatus hic splendidè, indulgens
 non multis annis genio mollia se-
 quutus, ardet æternum, omnis le-
 uamenti æternum spe recisã. nam
 quid sperare possit aut audeat, cum
 negata aqua est siti in ignibus res-
 tinguendę, & aquę gutta? aut quid
 speret laxamenti, cui extremi digiti
 ei modica aqua tincti gutta nega-
 tur? tam exigui roris tinctio nega-
 ta quem non terreat? aut quis iam
 voluptatem sequatur tam dira præ-
 miatione clientem remunerantem?

Intuere deinde omnes cælo mite-
 gnos. in asperitudine eos olim in-
 uenies sacci, in horrore cineris, in
 oris de ieiunio varietate, & extra
 sæculi lætitiã positos, terrę aut sac-
 cis incubantes, sordibus obscurati-
 tos, mœroribus deiectos, ingemiscen-
 dentes, lacrymantes, pectora tonan-
 dentes, dies noctesque ad Deum
 suum mugientes, panem cinere mite-
 scere

scientes, suspiriosa somnia & oculorum imbribus madidata ducentes, ita diem cinere, noctem lacrymis metientes. nec magnum fuerit etiam Regem in his designare, & quidem in Dauide in ingenti virtus & cultus castigatione. eadem reperies in Achabo, post idololatricam & cædem Nabuthæ, cum in ieiunio & sacco læsuram abducit à diebus suis: eadem in Ezechia cum vestem scindit, sacco induit: in fratribus leguminibus & aqua pastis, abdicata regia mensa, deliciis regiis; in Daniele, cum post indicta sibi ieiunia carnis & vini, ordinem & somni significationem Babylonio edicit tyranno. Quid, quòd Mosem solo Deo pastum contemplari non potest à choreis & ludibus, à mensis & poculis pinguior populus? tantum apud Deum posunt recusati, & recisi, aut retardati pabuli officia. tantaq; est circumscripti victus & voluptatis prerogativa, vt Deum præstet homini

contubernalem. mentior, si non ipse Dominus obliuionem sui exprobanis Istaëli caussam plenitudi-
ni deputat. *Incrassatus est dilectus & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, apertius etiam Deuteronomij 32. Incrassatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo saluari suo.* & quales nos ante pabulum & potum in virgine adhuc salua exhibere consueuerit natura, ignorare non possumus. si non multo pol-
lentioris mentis, viuacioris cordis, quàm cum escis stipati, vino inundati iacemus, nam quid post hæc
Exod. 32 aliud superest quàm *sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Intellige Scripturæ verendiam, lusum, nisi impudicum non denotasset.

Et non Apostoli edocui aduersus diriora dæmonia ieiuniis & oratione præliari? aut quid nouum si eadem operatione spiritus iniquus educitur qua Sanctus inducitur?

aut

aut quid miramur cum olim etiam
athletę ante diem agonis arcentur
à cibus lætioribus, ab hilariore potu,
ab omni luxuria, tanto plus de vi-
ctoria sperantes, quanto se magis
ab his mollibus & eneruantibus re-
traxerint. & illi periturę coronę
inuitatu, militum exemplo, qui
etiam in pace in armis deambu-
lant, campū decurrunt, fossas mo-
liuntur, propugnacula erigunt, per
sudores victorię præsternentes, ne-
que enim difficilis de papilionibus
& lorica, de nuda humo & saxo, in
quibus omnis duritia, imbonitas,
& insuauitas sedē fixit, ad sæculi tri-
umphos via est. nos ergo qui æter-
nos cogitamus, mollibus indormi-
emus, voluptatem sectabimur? ac
nō potius in supremi agonis nostri
diem robori ædificādo vacabimus,
& ad duriolem nos tractationem à
liberaliore cōditione seponemus?
maximè cum stet sententia magni
Dei, Aut hic illis aut ibi carendum.
elige. æternas voluptates amas?

contemne has momentaneas. facies, si timor Dei in capite sit. quocumque necessitas minor est periculo tanto comparata. ne fide. perniciosissimū hostem habemus, qui nunquam malitię suę otium facit. ac tunc maximē sequit, cū hominem videt ad aspera & dura separantem. itaque observat, oppugnat, obsidet, si qua possit aut oculos concupiscentia carnali ferire, aut animum secularibus illecebris irretire, aut pectus asperiorum formidine evertere, aut ventrē mensis proritare. quę cū in omnes & omni vita moliatur, tum maximē inchoantibus & de sola spe ac exemplis audentibus imminet, tanquam catulis infantię adhuc recentis, & per incerta necdum perfectis luminibus reptantibus. cautione hic opus est. ne crede. time. ne presume. qui namq; præsumat minū veretur. iam qui talis est minū precauet, plus periclitatur. timor fundamentum salutis est: præsumptio
impe

impedimentum timoris. ne fide
blandientibus, suave ridentibus.
doli iacent sub hoc ritu. ne crede
fronti. mentitur. lena tegitur hac
purpurissa, stibiatę genę meretri-
cem suam loquuntur. fuge mollia,
saporata, dulcia. conditis pulmen-
tis malum iniicitur nociturum; in-
sapidis nemo venena temperat. ca-
ue ne tanti gulam aut voluptatem
facias, quanti periculum. momen-
tanea illa est, periculum æternum,
cuius successus perennat in omne
æuum. Dura perennatio, stolidi-
a aucupatio. nam ignorata mala
commiserationem merentur. at ne-
mo hæc post Euangelium ignorare
potest: nimis clarę decantata, ni-
mis certò denunciata sunt. menti-
ri Deus non potest. sequere ergo
monentem, ne sentias punientem.
sequere in Lazaro pramiantem, ne
doleas in Epulone sanientem. præ-
mia si speras illius, vitam imitare.
pœnas si pertimescas huius, mores

V 7 fuge

fuge, voluptatibus nuntium mitte
 pelle quidquid seculi gaudiorum
 satis gaudet qui aeternum gaudet
 pelle nocituras voluptates, aeternum
 te manent in Abrahe senu. exulet
 quidquid deliciarum & mensarum
 hic lautiorum, eternis donaberis
 spondit has Deus. quid dubi-
 tas? falli non potest. sequere spon-
 torem ad indubitata, certa, & cum
 ipso perennatura te ducentem. ter-
 ret te labor? momentaneus omnis
 labor est. brevis vita est. exulet tan-
 tum seculi huius voluptas animae
 pestis ab hac breuitate, & aeterna
 spondeo; non ego, sed Deus. se-
 quere. errare nec falli potes, si du-
 ctorem hunc, monitorem, spon-
 torem sequeris. erras, si non se-
 queris, si ab illius voce, dntu, mo-
 nitis vel latum unguem decesseris:
 tantum peritura hec & in fraudem
 ducentia contemne.

Quod si etiam num heres, & in-
 iecta lacinia delicię te & voluptas
 tenent

tenent, consule Epulonem, roga
quid factum vellet, quid denuntia-
tum fratribus, ne decident in lo-
cum tormentorum, magnitudi-
nemque illorum nullo die termi-
nandam, nullo mitigandam; & ti-
bi denuntiari cogita, & monentem
sequere. quis potest certius illo qui
in se experitur infelicium gaudio-
rum, deliciarum, voluptatum præ-
mia? qui sanguine luit fatui dele-
ctus & sequelæ mûnera? aut cui cre-
dis si non ex ignibus inelamanti,
minitanti, monenti, & ignibus æ-
ternis? cui fidem, si non illi qui è
flammis iamiam sequuturos quos
patitur ignes denuntiat? pares cul-
pa ignibus pares sunt. hos si me-
tuas, culpam fuge. & culpam in
hoc diuite nullam reperio nisi ab
Evangelio narratam in cautelam
& monitorium decretum: Epula-
batur quotidie splendide, vestie-
batur purpura, cum annos sibi
sponderet gaudiorum & delicia-
rum plurimos.

Excute

Excute hic vitam tuam. confite
 cum illius, & exitum intuere vide
 bis quid sperare debeas, quid time
 re. pares pœna, qui pares culpa
 sunt; maiores etiam pœna, qui ma
 iores culpa sunt. vitam more quæ
 præmia sequuntur. Tutantur
 cogita cuius tibi voueas, Lazari
 Diuitis, Ioannis an Herodis, Petri
 an Neronis, Benedicti, Francisci,
 Dominici, Ignatij, an Regum ac
 Imperatorum Oriente ac Occiden
 te primorum. & imitare vitam &
 agones, quorum præmia desideras.
 erras si è coccino & Tyrio Abrahæ
 sinum speras, si de latioribus bal
 neis hortulani maritimæ secessas
 si ex altitium enormi sagina, à vino
 & epulis in noctes protractis, à iocis,
 risu, gaudiis, & lasciuioe pompa
 æterna cogitas. Epulo Lazarus
 que te docent, & tot magna celo
 inferisque, felicia infelicia que no
 mina, vt nullo iam egeas monito
 re, doctore, ductore que nullo. tan
 tum quorum delectaris exitu, vesti
 giis

giis insiste, pari donandus premio,
aut pœna. vt enim moribus & vita,
ita & premio aut pœna pariandus.
Docet hoc nos cùm ratio ipsa, tum
exempla omnis cui. plena vtriusq;
testamenti paratura, plena retro
vetustas omnis, pleni sunt gentium
omnium vernaculi scriptores. nu-
peraque nouitiaque tot passim do-
cumenta, quot capita. vt fatui si-
mus si aliud cogitemus, speremus.
nam quid hoc esset aliud quàm
precium non exhibere, & ad mer-
cedem manum extendere; hostili-
tatem profiteri, & pro amico habe-
ri; monitorem oppugnare, & pre-
mia poscere; ignauum domi desi-
dere, & donatiua solis post certa-
mina & luctas victoribus debita,
imagines & statuas, & qualem se-
culum prestare de fama eternitate
potest, iure quodam suo meritoque
exigere.

Verùm graue est seculi renantia-
re gaudiis, & inter tristia & con-
tempta viuere, seq; infra genus &
maiorum

maiorum nomina, aut diuitiarum splendorem epularumque comoda mittere. Et quàm multos in saeculo hoc nequam non puderigetque animę corporisque incommodis, adeoque contumeliis eniti in causa votorum suorum? que nocturna nocturnis crudisque salutationibus occupant, ad omnem occursum maioris alicuius decrecentes. idque ob volaticum aliquod gaudium, laudem, honorem, annum fors, aut paucorum mensium, dierum, aut horarum. & nos in periculo denuntiata per Epulonem æternitatis, & non restringendarum flammaram, tolerare dubitamus? & victus atque cultus castigationem offenso Domino prestare cessabimus?

Quid heres & cessas aggredi cœcellam cœlo medelam? mutæ etiam animæ diuinitus attributas sibi medicinas in tempore agnoscent. ceruus sagitta transfixus ut ferrum

ferrum & irrenocabiles moras eius
de vulnere expellat, scit sibi di-
ctamno mendedum Hirundo si ex-
cecauerit pullos, nouit illos rursus
de sua chelidonia oculare: nos ab
Epulone ex ignibus denuntiatam
medelam non amplectemur? co-
gitemus illum ex medio inestuan-
tium ignium flammaeque longè la-
teque vomentium causam roga-
tum dicere, Epulae & deliciae, men-
se & gaudia ad immites hos ignes
nunquam tormenta aut vstionem
posituros me compulerunt. fugite.
nisi experire lubeat perennatura
incendia, & non nisi cum Deo fini-
enda. nam si montes vrantur, &
durant; quanto magis nocentes &
Dei hostes? si cum ardent & deu-
rantur, nunquam tamen finiuntur
non vno loco rupes, quid mirum si
nullo quo inter inferni flamas Epu-
lonis imitatores & socij decinera-
seunt? Et verò supremi iudicis sen-
tentiam latam aeternam fore, nulli-
que animæ seniel ignibus erogatae
inferos

inferos patere, satis Dominus ar-
gumento Lazari requiescentis, &
ingemiscntis Diuitis ex persona
Abrahę sanxit. aut sanę alius cum
Marcione inueniendus est Deus,
cui nullus ignis coquitur in gehem-
na, nullus dentium frendor horret
in tenebris. Sin vnus nec alius
quàm noster Deus est, quid exspe-
ctas aliam renuntiationem dispo-
sitionis infernæ? semel prolata in
Abrahamo ex persona Iudicis sen-
tentia est. æterna est. tu quam vo-
les partem delige, tantum d. lectum
hunc æternum cogita, æternum me-
ditare, Lazarique edoctus gaudii,
diuitis tormentis, vtrisque æternis,
certiora tutioraque doctus elige.

Quod si durum sequi Lazarum,
Stoicum imitare. Cum voluptatis
cuiuspiam imaginem capis, quemad-
modum in cæteris, serua te ipsum ne ab
ea corripiaris. sed excipiat te resis-
psa, atque aliquod ture spatium cape.
tum vtrumque tempus animo voluta,
& qua voluptate potieris, & qua iam
potieris

*potitus pœnitentia afficeris. teque
ipsum increpa, eis verò oppone, quan-
topere si abstinueris gaudebis. Verùm
ne expalleucas ad Stoici nomen, ad
Epicurum te prouoco: ad illū mol-
lem & voluptuarium magistrum.
videamus in quo voluptatem sta-
tuat, ad quas epulas hospites suos
prouocet. quàm animoso inuita-
tu, quàm nobili ductu, quàm à
Christiano & Euangelico monitu,
arbitreris è veteri eremo, ab Anto-
niana aut Paullina incude omnem
gulam voluptatemque radicitus
maçtatam. Hospes hic bene manebis,
hic summum bonum voluptas est. pa-
ratus erit istius domicilij custos, ho-
spitalis, humanus, & te polenta exci-
piet, & aquam quoque largè admini-
strabit, & dicet, Ecquid bene acce-
ptus es? non irritant inquam hi hor-
tuli famem, sed extinguunt: nec ma-
iorem ipsis portionibus sitim faciunt:
sed naturali & gratuito remedio se-
dant. addit, vt videas ad quam vo-
luptatē te voluptatis ductor manu
ducat,*

ducat, In hac voluptate consensio
 non arbitreris Hilarionem loqui
 aut Macharium, aut ab vltima The-
 baide Paphnutium, aut Arsenium?
 aut nō erubescis Christiane ad has
 prouocationes ē voluptatis domo
 & cathedra profectas? vinci ab E-
 picuro quā ignauium? non posse
 Epicurum sequi quā inglorium?
 non contentum voluptatibus ab
 illo concessis quā erubescēdum?
 & in his se consensuisse gloriatur.
 in voluptate ē polenta & aqua na-
 ta. quod Euangelium vetet hanc
 voluptatem Davidis & Ninive la-
 crymis conspersam? aut cui talis
 non ad salutem, & ad Anachore-
 tarum regulam expressa? non ar-
 bitraris has mensas Lazaro quā
 Epuloni similiores? Epicurus hic
 loquitur, præt Epicurus, & docet
 maiorem in his voluptatem, quā
 in Pollionis muranis seruulorum
 carnibus saginatis, quā in Æsopi
 serculo ē canoris & loquacibus
 auibus constructo, quibus sexcen-
 torum

orum patinam conflavit. quàm
in illius filio qui post tale patris
pulpamentum sumptuosius potuit
esurire margarito dehausto. quàm
in Asinij Celeris prodigo sumptu,
qui in nulli vnus obsonio V l. HS
detulit. quàm incentenarij pon-
deris lancibus Sullæ, in M. Tullij
orbe citri quem quingentis num-
mum millibus emit, aut Asinij Gal-
li qui bis tantum pro Mauritanica
mensa numeravit. magnum vi-
rum qui animo suo imperare no-
uit, qui gulæ frenos iniicere, qui-
que illam ad polentam & aquam
deducere potest; tam angustis tam
efferam belluam claudens fercu-
lis, totamque voluptatem polen-
ta & aqua circumscribens. Felix
circus cui includitur, fortunata
cauea polentâ & aquâ strata. hoc
est viri, magnique domitoris sui,
qui è tam paupere victu, tam de fa-
cili parabili, & in quo nulli coqui
sudent, nulla culina fumat, om-
nem voluptatem haurit, quique
quique

quique adeo è voluptate conten-
pta voluptatem haurit. audiunt
inuitantem : audiamus gloria-
tem, non toto se esse pasci, Metro-
dorum verò, qui necdum ad hanc
voluptatem conscenderat, toto
hoc tu victu saturitatem non putat
esse? & voluptas est: voluptas
tem non illa leuis & fugax, & sub
inde reficienda, sed stabilis & cer-
ta. *Non enim iucunda res est aqua
aut polenta, aut frustum hordeacei
panis. sed summa voluptas est, post
capere etiam ex his voluptatem, et
id se reduxisse, quod eripere nulla for-
tuna iniquitas possit.*

Vbi es Christiane? an sequi do-
bitas Epicurum in cibi, potus, &
voluptatum præscriptionibus? cer-
tos ille sibi voluptatis magister dies
sub exercitationū suarum initium
in voluptatum indagatione præ-
scripserat, quibus malignè famem
extingueret, visurus an aliquid de-
esset ex plena & consummata vo-
luptate, vel quantum deesset, & an
dignus

dignum quod quis magno labore pensaret. imitare, teque ipsum firma, perpetuosque tibi pares voluptatis dies statue rara parsimonia diuites, soli que fami pellendæ, sui restringendæ comparatos, nec ultra audiunt illius discipuli à magistro degeneres, & extra illius decretoria dicta immensum euagantes, *Epicuri de grege porcus.* quid audiemus Christiani, qui cum discipulis illius tam longè sumus ab illius monitis, quàm altè sumus cibo potuque farti, & ignauissimarum voluptatum mancipia.

Quòd si te vocarem ad magna, ad Stilites & Pachomios & eremicultores, esset fors cur horreret: nunc cum te prouocem ad Epicurum, non ignauissimi peioris documenta præbes Christiano indignus nomine, qui voluptatis doctorè in voluptatis area sequi pertimescis? aqua & polenta & hordeacei panis frusto voluptatè metitur post farculos & horteos lignos,

nes, post sudores, & cal' is exitum Chri
 peñus. & qua ret illam Caristianus feue
 a ferculorum exercitu, in quo cum ne tu
 delectu laboremus, t m vel sola co. Epic
 pia rattidium parit. in quo pro pe. gred
 dali stomacho, silua & prata, ma non
 ria & flumina terrarumque vltima ceclu
 fatigantur. zaro

Adiiciamus Epicuro Stoicum lum
 Non est nunc quod existimes me du- liam
 cere te velle ad modicas coenas & pan- tibi tu
 perum cellas, & quidquid aliud est de. a
 per quod luxuria diuitiarum tadio pura
 ludit. Grabatus ille verus sit, & sa- exitu
 gum, & panis durus & sordidus. Hoc ma d
 triduo & quatrduo fac, interdum atern
 pluribus diebus. vi non lusus sit, sed ribus,
 experimentum. tunc mihi crede Luc- reme
 cili, exultabis dupondio satur, & in- mitig
 telliges ad saturitatem non opus esse
 fortuna. hoc enim quod necessitati
 sat est, debet etiam irata. tam facile
 exinde erit tibi illud pati semper
 quam aliquando experiri. Sacramo- DET
 nita, & tanquam ab Apostolico plu
 salamo iudata. quid addubita diff
 Christia

Christiane? durior Lazarus est?
seuerior Stoicus? Epicurus opinio-
ne tua asperior? quid exspectas?
Epicuri veriore[m] famam? non in-
grederis hac via. Stoici nomen?
non imitaris documenta. Lazari
caelum? non insistis vestigiis La-
zaro calcaris. aliud ergo tibi cae-
lum nouus Dædalus fabricare, a-
liam gloriam, sed & Deum alium
tibi cuique nouus demiurgus con-
de. aut si Epulonis mensa & pur-
pura delectaris, quid nisi Epulonis
exitu coronaberis? in quo tristissi-
ma denegatio vel digitalis roris,
aeternum infelicissimis insonat au-
ribus, nulla in omnem aeternitatem
remediationis exspectatione, nulla
mitigationis.

C A P V T X.

DETRACTIO. Videbis hac vna
plures, omnibus retro bellis, ceci-
disse, nec alia re promptius armari
X 2 manus,